Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Eze

nec ponet sublimitatem sua inter nemorosa et frondosa non stabit
in sublimitate eorum omnia que irrigantur aquis et omnes inditi sunt in morte
ad terram ultimam in medio filiorum hominum ad eos qui descendunt in lacum.
Hec dicit dominus deus. In die qui descendit ad inferos indixi luctum. ope
ruit eum abissus et prohibui flumina eius et coherceui aquas multas.
Contristatus est super eum libanus et omnia ligna agri consumpta sunt
a funiculi ruine eius commoui gentes cum deducerem eum ad infernum cum
his qui descendebant in lacum. et consolatus sunt in terra infima omnia ligna
voluptatis electa et pulchra in libano vuniuersa que irrigabantur aquis
Nam et ipsi cum eo descendent ad infernum ad interfectos gladio et habitauerunt
vniuersaque sedebit sub umbraculo eius in medio nationum cum assi
milatus es. o inclite ac fortis inter ligna voluptatis tecum deduc
tus es cum lignis voluptatis ad terram ultimam in medio incircumcisorum do
mies cum his qui interfecti sunt gladio sunt in pharao et omnis mul
titudo eius dicit dominus deus. Sequitur xxi c.

XXXII

Et factum est duodecimo anno in mense duodecimo in una mensis
factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis assume la
mentum super pharaonem regem egipti et dicas ad eum. Leo
nem gentium assimilatus es et draconi qui est in mari et venulabas
eorum in fluminibus tuis et conturbabas aquas pedibus tuis et conful
cabas flumina eorum. Propterea hec dicit dominus deus. Expandam super
te retiaculum meum in multitudine populorum multorum et extrahan
te in sagena mea. et proiciam te in terram. Super faciem agri abiicam
te et habitare faciam super te omnia volatilia celi et saturabo de
te bestias universe terre et dabo carnes tuas super montes
tes et implebo colles tuos sanie tua super montes et valles implebitur ex
te et operiam cum extinctus fuero celum et nigrescere faciam
stellas eius. Solem nube tegam et luna non dabit lumen suum
Omnia luminaria celi merebo faciam super te et dabo tenebras super terram
tuam dicit dominus deus quod universae iniquitates quae operatus es et
irritabo cor populorum multorum cum induxero contriuionem tuam in gentibus
super terras quas nescis et stupescere faciam super te populos multos et
reges eorum horrore nimio formidabunt super te cum cecideritum
nudati in medio terre aut dum deducam te volare capit gladius meus
super faciem eorum et obstupescent repente singuli pro anima sua in